



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.  
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

**Contzen, Adam**

**Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI**

vers. 8.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

Vere famē las, & nefas crescere possint, amore iustitiæ cum ino-  
 & sum pī p. a conflictari malunt, quam iustitiam violare. Lu-  
 tolerant. cas etiam his elutientibus futuros opponit. Quod nō  
 recte Daniel Tossanus de illis interpretatur, qui de se  
 præsument. S. enim & illud: saturabuntur, posset ex-  
 ponī, De se præsument.

# VERSUS 7.

*Beati misericordes, quoniam miseri-  
 cordiam consequentur.*

## QVÆSTIO I.

*Qui misericordes?*

Misericor- S. 1. **Q**ui ἐλεήμονες de solis in egenos liberalibus  
 dia non ad interpretantur, non satis accurate hunc lo-  
 solas Elee- cum interpretantur. Et enim ἐλεῖν primario apud  
 mosynas Græcos significat tenerum miserationis affectum, quo  
 restringen- aliorum malis indolemus. Hinc dicuntur esse ὡλεῖ  
 da est. θυμῷ, & agei ἐὼν ὡλεῖς qui crudeles sunt, Plat. lib. 3.  
 de legibus. Alterum significatum inde originem ha-  
 bet; quod in quibus ille affectus est, facile, prompte-  
 que egentibus auxiliatur, ex quo ἐλεημοσύνη effectus  
 miserationis appellatur. Stoici omnes affectus cul-  
 pabant, de quo S. Augustinus lib. 9. de ciuit. c. 4. &  
 5. Qui non ut Stoici omnes affectus vitiosos, sed natu-  
 ra inditos, & ad virtutem dirigendos, rationis impe-  
 dia Stoicis tio temperandos docet, in Noctibus Atticis Agellij  
 scelus erat. atque Epicteti libro. Hunc vero affectum describit, c.  
 5. monetque in vsum virtutis conueriti. Deo quippe,  
 Miseri- „ inquit, illam ipsam mentem subijcit regendam & iu-  
 cordia „ uandam, mentique Passiones ita moderandas atque  
 laudata „ firmandas, ut in vsum iustitiæ conuertantur. Deni-  
 „ que in disciplina nostra non tam quaeritur utrum pri-  
 „ us animus irascatur, sed quare irascatur; nec utrum sit  
 „ tristis, sed unde sit tristis: nec utrum timeat, sed quid ti-  
 „ meat. Irasci enim peccanti, ut corrigatur: contristari  
 „ pro afflictio, ut liberetur: timere periclitanti, ne pereat:  
 „ nescio utrum quisquam sana consideratione repre-  
 „ hendat. Nam & misericordiam, stoicorum est solere  
 „ culpate. Sed quanto honestius ille stoicus misericor-  
 „ dia perturbaretur hominis liberandi, quam timore  
 „ naufragij. Longe melius & humanius & pius sen-  
 „ sibus accommodatus Cicero in Cæsaris laude locu-  
 „ tus est, ubi ait: Nulla de virtutibus tuis nec admirabi-  
 „ lior, nec gratior misericordia est. Quid est autem mi-  
 „ sericordia nisi alienæ miseriæ quædam in nostro corde  
 „ compassio, qua utiq; si possumus, subuenire compul-  
 „ sumur? Seruit autem motus iterationi, quando ita  
 „ præbetur misericordia, ut iustitia conseruetur: siue cū  
 „ indigenti tribuitur, siue cum ignoscitur penitenti.  
 „ Hanc Cicero locutor egregius non dubitauit appel-  
 „ lare virtutem, quam stoicos inter vitia numerare non  
 „ pudet: qui tamen, ut docuit liber Epicteti nobilissimi  
 „ stoici, ex decretis Zenonis & Chrysippi, qui huius se-  
 „ ctæ primas partes habuerunt, huiusmodi Passiones in  
 „ animum sapientis admittunt, quem vitij omnibus  
 „ liberum esse volunt. Unde fit consequens, ut hæc ipsa  
 „ Paripate- „ non putent vitia, quando sapienti sic accidunt, ut cō-  
 „ tra virtutem mentis rationemque nihil possint, & vi-  
 „ bis discer- „ na sit eademque sententia Peripateticorum; vel etiam  
 „ pantes. „ Platonicorum; & ipsorum stoicorum; Sed, ut ait Tul-  
 „ lius, verbi controuersia iam diu torquet homines Græ-  
 „ culos, contentionis cupidiores quam veritas. Sed ad  
 „ hoc merito quaeri potest, utrum ad vitæ præsentis per-  
 „ tineat infirmitatem, etiam in quibusque bonis officijs  
 „ huiusmodi perpeti affectus. Sancti vero Angeli cū  
 „ & sine ira puniant, quos accipiunt eterna De lege pu-  
 „ niendos, & miseri sine miseriæ compassione subueni-

ant, & periclitantibus eis quos diligunt, sine timore o-  
 pitulentur: tamen istarum nomina passionum cōfue-  
 tudine locationis humanæ etiam in eos vsurpantur,  
 propter quandam operum similitudinem, non pro-  
 pter affectionum infirmitatem: sicut ipse Deus secun-  
 dum scripturas irascitur, nec tam en villa passione tur-  
 batur. Hoc enim verbum vindictæ vsurpauit effectus,  
 non illius turbulenti affectus. At in nobis est ratio  
 à qua cognoscitur, & voluntas à qua concupiscitur ef-  
 fectus, deinde utriusque potentia: virtutem adiuvat  
 passionis affectus.

§. 2. Deus quidem & Angeli his affectibus carent,  
 à nobis tamen illi requiruntur, Rom. 12. Eletem flen-  
 tibus, nec modo beneficium miseris oblatum, est acce-  
 ptum; sed multo magis miserendi affectus, quo contem-  
 ti sumi: miseri, cum liberandi deest facultas. Nam & na-  
 tura hoc priscos docuit: Cicero pro Marena stoicos ir-  
 ride: Supplices, inquit, & calamitosi veniunt. Sceleratus, &  
 nefarius fueris, si quicquam misericordiæ ductus feceris. Hanc  
 enim passionem naturæ Deus indidit, ut ea virtus car-  
 ritatis vteretur, itaque optime omnino Syrus conuer-  
 tit. Beatitudines misericordibus, quia super eos mise-  
 ricordiæ, quod ex intimis visceribus manan-  
 tem misericordiam significat.

§. 3. Misericordia ergo misericordibus tribuitur,  
 ut Jacob. 2. Iudicium sine misericordiæ ei, qui non fecit miseri-  
 cordiam. At Dei misericordia in peccatore ignoscen-  
 dis, vel mitigandis penis præcipue cernitur. Qui igitur  
 vel elemosynam dando, vel iniuriam remittendo mi-  
 sericors est, huic se vicissim Deus in delictorum pe-  
 nis condonandis misericordem fore promittit. Qua  
 quidem ex re manifestissime apparet, non sola fide sed  
 aliarum etiam virtutum operibus Dei in nos miseri-  
 cordiam prouocari, & à peccatorum supplicijs nos li-  
 berari.

# VERSUS 8.

*Beati mundo corde, quoniam ipsi  
 Deum videbunt.*

## QVÆSTIO I.

*Sintne aliqui mundo corde?*

§. 1. **A**vgustinus serm. 14. in festo omnium sancto-  
 rum mundo cordes vocat, & ait: Hic est finis  
 moris nostri, finis, quo perficiamur, non quo consumamur. Fi-  
 nis, quo consumamur, non quo perficiamur. Consumamur  
 moribus finitur vestis. Cibus quia consumitur edendo, vestis  
 quia perficitur texendo. Et illud finitur, & illud. Sed finis ille  
 pertinet ad consumptionem, ille ad perfectionem. Magna igitur  
 perfectio cor mundum seu mundities cordis. Quæ  
 tamen non eodem modo interpretantur. Augustinus  
 contra Cœlestium c. 13. de omni munditie genere in-  
 telligit, ut sit virtus generalis, atque ita plerique Lati-  
 norum; quin etiam Pelagiani sic probabant, posse ho-  
 minem esse absque vilo peccato, qui mundo corde ef-  
 se potest. Sic Nyss. in beat. Hil. can. 4. Nec huic ob-  
 stat, quod gloriari non liceat cuiquam, se mundum habi-  
 re cor. Aliud est enim mundum corde esse: aliud vero  
 de cognita munditia gloriari. Neque hæc mundities  
 Pelagianæ puritatis est, sed Catholicæ, quæ corda di-  
 uinæ gratiæ adiutorio à peccatis mortalibus purgan-  
 tur, & quotidianis tamen venialium defectibus for-  
 didantur, donec ad eam puritatem aspirant, in qua  
 nec peccare volunt, nec possunt.

§. 2. Theophylactus puritatis & munditiæ nomine  
 castitatem interpretatur. Tossanus atque cum plerisque  
 Pontificios sequi, quod nequaquam verum est. Esi  
 enim hac munditie castitatem quoque comprehendit  
 exultant, patissimum tamen ad eam solam virtutem  
 restringunt. Errat tamen ille dum negat id verbo Græ-  
 co ἀγν-

co *ἀγαθὸν* indicari. Et si *ἀγαθὸν* de quavis sanctimonia verè dicitur, peculiariter tamen de castitate accipitur, ut Heb. 12. Secutimini castitatem, sine qua nemo videt Deum.

§. 3. Calvinus in hunc locum, mundos corde operit vasis, & illi qui ne tendis dolis ingeniosi sunt. Itaque mundos corde simplices arbitrat, quos mundus irridet, & putat incautos. Verum *καθαροὶ τῇ καρδίᾳ*, mundi corde, quamvis duplici corde non sunt, non versipelles, non veteracores; non tamen ob vnam duntaxat, vnicamque simplicitatem tales dicuntur.

*Caluini sectator melius auctore suo.*

„ [Qui sunt mundo corde, *καθαροὶ τῇ καρδίᾳ*, subaudi, *ὁρῶντες*, ad verbum, Mundi seu pro corde: id est qui sunt animo casto præditi. Hanc cordis munditiam Paulus vocat *ἀγαθὸν* sanctificationem seu sanctimoniam: cum ait, secutimini sanctimoniam, sine qua nemo videbit Dominum, Heb. 12. v. 14. Item 1. Thess. 4. v. 3. ubi ait, Hec est voluntas Dei sanctificatio vestra, ut abstineatis à fornicatione, potest tamen hoc verbum accipi generaliter de recta constitutione, quæ illi vacuus est, tum à talis opinionibus de Deo, tum à prauis affectibus: quo sensu generali videtur accipi Plal. 24. v. 4. Deum videbunt, *καὶ θεὸν ὁφραγῶν*, id est Deum re- & cognoscent, & eius contemplatione cum summa voluptate fruuntur. Neque enim Deus oculis corporis videri potest; sed videtur oculis mentis.] Ita P. f. cator.

§. 4. Aretius Calvinista visus est etiam Catholicis rectè hunc locum interpretari, sed ambiguo decepto incautos. Verba eius apponam, & quæ parte venenum sit, ostendam. [Primo *καθαροὶ τῇ καρδίᾳ* dicuntur, qui carent peccato, qui cor liberum habent ab omni labæ, & pollutione, ita sane nemo purus dici potest; solus Christus inter homines talis est. Tales beati Angeli, & in primis Deus ipse puritatis fons, & author, Deinde puri corde dicuntur etiam illi, qui etiam si peccatum habeant; non tamè fræna illi laxant, sed reprimunt, odio persequuntur vitia, virtutem amant, hanc promouent, ei; fouent, illa insectantur, & oppugnant. Sic Iob mundus erat, tamen peccator, & David post penitentiam mundus est, licet peccator. Mundi sunt etiam quibus Deus sua remisit peccata, sic Ioan. 13. Christus Discipulos pronunciat mundos, non tamen omnes, & apud eundem i. iam vos mundi estis propter sermonem, quem locutus sum vobis. Mundi etiam sunt synceri, & alieni à dolo malo, à fraude qui simplices sunt, qualis Nathanael Ioan. 1. in quo dolus non erat. Tales hoc loco intelligi mundos, h. e. simplices, qui duplici corde non videntur: sic David petit. Cor mundum crea in me Domine. Hi Deū videbunt; nam hi idonei præcipue sunt ad Dei contemplationem; non vagantur eorum cogitationes ad mala, non facili se polluant, conseruant sua corpora mundum templum, inhabitantis Dei Spiritus. Sunt igitur beati.

Fallit p. in speciem verbis; dum ait habere peccata; sed tamen illis non laxare, sed reprimere, &c. Non id docet, quod Catholicis f. 1. Habere quidem peccati fomitem, & cupiditatem ad peccata motiones; verū illis non consentire, non delectari. Verum multo aliter illi ipsi interpretari solent. Habere nempe illa omnia, sed & interdum succumbere, consentire, facere; sed tamen odisse quæ facias non toto animo facere. Sentire dum in peccatum ruunt aliquam repugnantiā, ita Beza in i. Ioan. 1. & in colloq. Monpelgart. Et ipse Aretius in c. i. Matth. id indicat. Postquam enim quæ sit, quomodo nos Christus liberat à peccato; respondet, Primum quod ad v. meius ait net, ut non amplius condemnare possit, electos. Hanc v. m. venenit infigisse Deinde liberasse à Dominio. Hæc tamen non modo in impij, sed etiam in electis, & Dei

*Adami Conzen in Euang. Tom. I.*

spiritu præditi peccata, ut in Dauide Petro, alijsque. Manere infirmitatem carnis, manere calamitates, ut pœnas peccatorum, manere actiones peccati. Quæ idcirco monere oportuit, ne quis Calviniano vel pietatis verba imitanti credendum existimet.

## QVÆSTIO II.

*Quomodo Deum videbunt?*

§. 1. **H**ac in vita similitudine se quidam Deus ostendit. Ita cum Moyses, ita Stephanus Deū intui tus est. Viderunt & seniores Israelis. Verum eo modo pauci, & forte hoc tempore nulli Deum vident. Alia igitur multo beator, multoq; clarior illis visio ostenditur, qualis est Apoc. 22. & 1. Cor. 13. 12. Hac igitur sententia conuincitur error Armeniorum Dei quandā virtutem, seu energiam videri: & Abailardi, qui etiam essentiam Dei videri negauit, sed splendorem quendam ex eo procedentem. Visio enim illa mentium est, non corporèorum oculorum, non igitur splendor aliquis obtenditur, sed Deus ipse ostenditur. Nā intellectus, in illa visione nullo modo errat; errado enim felix esse non potest; ergo si Dei aiquā similitudinem videret, non Deum ipsum; clare id quoque cognosceret, videlicet in finis partibus esse inferius Deo, quod pro Deo videt: & ad ipsum Deum videndum accenderetur, non quiesceret.

*Deus in hac vita, non nisi similitudine videtur.*

§. 2. Vident autem Deum non naturali facultate intelligendi sed supernaturali illius adiutorio, ut contra Begardos d. finitur in Conc. Vienn. clem. 5. Ceterum de hac materia scripsit Amb. 1. super Luc. c. 1. & verba eius doctissime interpretatur Aug. Ep. 112. ad Paulinam, De videndo Deo, ad quam Lectorem remitto.

*Deus naturaliter non videtur.*

## VERSVS 9.

*Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur.*

## QVÆSTIO I.

*Qui pacifici, & quod eorum premium?*

§. 1. **P**acificos appello eos, qui sedandis discordijs, constituendisque pacis studiose ob Dei amorem incumbunt, quamvis enim ees, qui cum Deo amicitia tenent in conscientia quieti sunt, ita vocare possumus, huic loco tamen hæc interpretatio accommodatissima est: ideo namq; dicuntur *εὐαγγελιστὰς* pacis factores, & in Syro *שְׁלוֹמָיָא* operatores pacis. De singulari enim ista virtute agitur, non modo eo qui in corde suo; sed & inter fratres dissidentes pacem faciunt. Aug. serm. 1. in monte. Magnæ curæ semper Ecclesiæ fuit dissidentes inter se conciliare. Conc. Carthag. 4. c. 26. Statuendum est Episcopis, ut dissidentes siue Episcopos, siue clericos siue Laicos, ad pacem magis, quam ad iudicium cohortentur. Fuit etiam apud Gentiles, qui dictus *εὐεργετης*, sed alio modo, ut habet Vlpian. & est in π. l. munus.

*Pacifici, qui pacem conciliant.*

§. 2. Filij porro Dei nominantur, quia Deus est Deus pacis, summa est etiam inter tres personas concordia, itaque maxime Deum imitantur pacifici. Ideo nemo hæreticorum & schismaticorum filius Dei esse potest, qui sunt *ἐκείνων* ligatores, pacis inimici, de quib. Iren. 1. 4. c. 26. Iud cabit eos Deus, qui schismata operantur, & non habentes Dei dilectionem, suamque utilitatem, & gloriam potius considerantes, quam vnitatem Ecclesiæ, propter modicas, & quaslibet causas gloriosum Christi corpus conscindunt. Nulla certe ab eis tanta fieri potest correctio, quanta est schismaticis pernicios. Hinc fieri passim videmus, ut hæretici, qui pacifici esse desierunt, in multas sectas distrahantur.

*Deus est Deus pacis.*

\*\*\*